UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Octava caussa. Concio, Ordinatio, Communio Populi Publicatio edictorum, paragr. 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

non placet, ſicuti nec placuit ſupra a quod propter ſimilem adventum poſſet ab eodem bis eodem die celebrari. Ratio eſt, quia ejuſmodi adventus non affert tantam neceſſitatem, quæ ſuperare poſſit irreverentiam interruptionis Miſſæ, quandoquidem illi cum non ſuppetat alia Miſſa, ad integram audiendam non obligentur: Maxime ergo laudandum eſt Decretum b Mediolanenſe, in quo abſolute cavetur, ne quis Miſſam ſemel inchoatam repetat: Id quod praxim à Navarro allatam, nec ſolido fundamento nixam, merito corrigit.

§. IX.

OCTAVA CAVSA.

Concio, Ordinatio, Communio Populi, Publicatio Edictorum.

1 HÆc exerceri poſſe juxta Rubricas, & conſuetudines,

a *Supra lib. 1. c. 6. §. 3. n. 2.* b *Apud Gavant. in man. Epiſc. v. Miſſa ritus num. 15.*

nes, dum Miſſæ Sacrificium peragitur, atque adeo per illa interrumpi ritè poſſe Sacrum, explicatione non indiget.

CAPVT VIII.

Qua ratione occurrendum defectibus in Miſſa occurrentibus.

ADeo latè à Doctoribus immò, & à Rubricis Miſſalis, de hoc argumento, diſſeritur, ut actum agere non debeam; ad memoriam ergo ſolum refricandam, & ne in quibuſdam neceſſariis Lectorem meum alio abire compellam, doctrinā de hac re S. Thomæ, a ab Ægidio b Coninch compendiosè allatam, cum nonnullis nihilominus notis, ſeu additionibus noſtris, ubi opus fuerit, immixtis, ſivè annexis, hic ſubſcribam.

§. I.

a S. *Thom.* 3. *p.* q. 83. *art.* 6. b *Coninch d. Euch.* q. 83. *ar.* 6.